_lettera_N_0747
Invito a una rappresentazione teatrale
27 maggio 1864
Sacerdos Bosco tibi in Domino Salutem. Comoedia, quae placuit, refertur denuo
Multorum oratu. Dabitur die Junii Secunda, apud Sancti Francisci, a prandio,
Secunda hora, quam ne sinas labi velim. Alias daturis, forsan pluvia nimia
Nobis invisit caput tuum lepidum.
Quod ne rursus accidat, amen avertat Deus. Bone, si primum interfuisti, pervelim
Te iterum adesse; hinc tibi placuisse fabulam Intellegam. Sin abfuisti, te rogo,
Ut nunc saltem adsies. Lubens te expecto. Usque numen Dei praesens Tibi siet.